XIIII Psalmos uero quomodo apti tenentur t intellegantur.

XV De ministerio sacerdotali ut sicut iam dudum tempore ab ante-
cessore nro et iam et a nobis fuit unumquemq; denuntiatum
ut sic adimpletum fiat id est in calice et patena crucis capsas
casula et alba seu libros.

XVI Quomodo apti sint letanias denuntiantur in plebe t quali tem-
pore obseruentur. id est laetania maiora et ceteris indictioni-
bus pro utilitate populi denuntiantur t quo ordine obseruentur.

XVII Quomodo apti sint quattuor temporum ieiuniorum agantur
t denuntiantur in plebe et quomodo obseruentur.

XVIII De precipuis festis atq; sollemnitatibus anni circuli quomodo
adnuntiantur t qualiter caelebrantur et plebs obseruatur.

I IN NOMINE TRIPLO SIMPLO

DE REMEDIIS PECCATORUM PAUCISSIMA HAEC QUAE SEQUUNTUR
ex priorum monumentis excerpsimus. In quibus tamen omnibus
non auctoritate censoris. sed consilio potius conpatientis usi sumus.
Sollerter ammonentes doctum quemq; sacerdotum xpi. ut universis quae
hic adnotata repperit. sexum aetatem conditionem statum personam
cuiusq; paenitentiam agere uolentis. Ipsum quoq; cor paenitentis
curiosae discernat. et secundum haec prout sibi uisum est. singula
quaeque iudicet. Quibusdam namq; a cybis abstinendo. aliis
elymosinas dando. Nonnullis genua sepius flectendo. siue in cruce
stando. aut aliud aliquid huiusmodi quod ad purgationem pecca-
torum pertineat faciendo. plurimis uniuersa haec agendo sua
necesse est errata corrigere. quae uniuersa in examine discreti
II debent pendere iudicis. DE FORNICATIONE

Adulescens si cum uirgine peccauerit annum .I. peniteat. Si semel
et fortuitu leuigetur. et tamen usq; ad annum plenum. Si intra
.XX. ann. puella et adolescens .III. xlmas et legitimas ferias.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_485/0198